

Beiheft

2

S 176

1215 Januar 29 Dhaun.

[10]
176

Wildgraf Courad belehnt den Vogt Cuno mit der Vogtei in Simmern.

Ego Cunradus Comes Silvester, filius Gerhardi comitis, universitatem fidelium presentium et futurorum scire volo, quod ductus aliquandiu inani opinioni (l) putabam, quod de advocacia in Simeren castrensis confessio mihi deberet ministrari in castro Dune. Quam cum a Cunone ibidem advocateo exigere, recusavit, una cum matre mea constanter asserente, necnon hominibus et confessoribus meis varaciter affirmantibus, quod ipsa advocacia iustum esset feodium et non confessorium. His igitur asserentibus et veritatis experimento commonitus vane opinioni mee finem imposui. Nam memoratam advocaciam cum omnimodo iure prelibato Cunoni et suis successoribus iusto hereditario feodo concessi. Sed ne de cetero super hoc cisma oriatur, privilegio sigilli mei et testimonio honestorum hominum confirmavi, quorum nomina hec sunt: Wilhelmus de Henzenberc, Ulrieus de Lapide, Theodericus de Lapide, Giselbertus Birnekudo, Gerlacus Bovir, Wilhelmus de Burvelt,

Wilhelmus de Kerberc, Gerlacus Scado, Enricho de Runa, Hermannus de Burvelt, Heinricus de Altensimeren, Heinricus Schello, Ludewicus de Winterich, Wernherus Hundesrukke, Gerlacus Buso, Bartholomeus de Zarnheim, Hermannus Scado, Walterus frater eius, Ingebrandus filius Ingebrandi de Bivera, Wernherus de Reidenbach, Gebeno de Hutdenbach, Ingebrandus de Malberc et alii quam plures. Dat[um] in Duna anno incarnationis Domini millesimo ducentesimo quinto decimo, quarto Kal. Februarii.

Orig. Siegel ab; Dhaun 2073. Dabei je 1 Kopie aus 14. und 17. Jhd.; Kopie 17. Jhdts. nach dem Original in der Registratur Simmern in Dhaun 25 1/2. Eine deutsche Übersetzung 15. Jhdts. auf Papier mit unrichtigem Datum 1250 Febr. 4 (des syrden dags des mandes Februarii) Kyrburg Nr. 218. — Ausführliches Regest Goerz a. a. O. II, Nr. 1250; erwähnt Kurzgefasste Geschichte 1769, S. 7.